



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

IX. Seruientes fratribus hospitalis, suos non debent redditus amittere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

C A P . VIII. *Idem Burdegalensi archiepiscopo.*

Pars cap. su-
pra depon.
Consuluit. Præterea de G. archidiacono, qui cum in tua & Tolosana ecclesia archidiaconus sit constitutus, & in vtraque professus regulariter, collectis illis quæ in archidiaconatu tuo potest colligere, præter conscientiam tuam & licentiam, Tolosam regreditur, & ibi per annum vel amplius moratur: prouidentia tua significamus, vt eumdem archidiaconum, si ita res se habet, altero quem maluerit, archidiaconatu, occasione & appellatione cessante, facias esse contentum.

C A P . IX.

*Idem Salernitano archiepiscopo. Pars cap. supra de clericis
matrimonio copulatis; Clericos.*

Mandamus, vt si qui clerici ecclesiarum tuarum, fratribus hospitalis cum licentia sui prælati sponte ac gratis per annum vel triennium seruire decernunt, nequaquam impediantur: & interim beneficia sua ecclesiastica vel redditus, si quos habent, non amittant.

P A R S
XXXI.

D E EXCOMMUNICATIS.

C A P . I.

Idem Exoniense episcopo.*

Ex parte tua nobis est constanti assertione propositum, quod quidam interdum pro certis causis excommunicati, sedem apostolicam visitant, & reticentes causas pro quibus sunt vinculo excommunicationis adstricti, auditis confessionibus suis, absolutionis beneficium * meruisse. f. me-
runt. Vnde quia nos consulere voluisti, vtrum illa absolutione te- neat, si occultatis excessibus, pro quibus excommunicati fuerunt, absolutionis meruerunt * priuilegium, sive ex- communicationis aliam causam prætendentes; consulta- tioni tuae taliter respondemus, quod si ita constiterit, eos cogere debes censura ecclesiastica, cum literis tuis rei ve- ritatem continentibus, ad sedem apostolicam redire: si vero id tibi non constiterit, & eos suspectos habueris, quod non fuerint veritatem confessi, ipsos compellere debes ex-